

ORATIO

CONTRA AFFECTA-

TIONEM NOVITA-

TIS IN VESTI-

TV.



AMETSINON DV-
bium est mihi auditores can-
didissimi, quin ualde uobis
mirum uideatur, quod hanc
Cathedram doctissimorum
hominum conscendere, tan-
tamq; prouinciam, ac onus

suscipere ausus sum, tamen, cum scholæ nostræ mo-
rem sciatis, non dubito quin quæ uestra hætenus er-
ga omnes, qui in hunc locum dicturi prodierunt fuit
humanitas, ac beneuolentia, me quoq; benigne, pla-
cideq; audituri sitis. Ego uero non de bello troiano,
aut huiusmodi perauulgata fabula dicturus prodij,
Sed cum nulla uirtus perinde adolescentes deceat,
atq; modestia, coepi consiliam de quadam eius uir-
tutis parte dicendi, Idq; argumentum eo suscepili-
bentius, ut si non hic propter eloquentiam laudem
mererer tamen mihi interea canerem, Sicut ille Ci-
tharedu dixit, meq; ad eius uirtutis studium ex-
citarem.